UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Compendivm Summae seu Manualis Doct. Navarri

Ávila, Esteban de
Azpilcueta, Martín de

Lvgdvni, 1609

Sepultura.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41656

Visual Library

Quale ſecretum contineatur ſub ſigillo confeſſionis. vide tit. Confeſſio VI.

SENTENTIA. Quamuis iniuſta, communiter valet, niſi interueniat defectus ſubſtantialis. cap. 9. num. 5. & cap. 27. num. 3.

Accuſator, qui poſt ſententiam definitiuam pro ſe latam, nouit ſuam cauſam eſſe iniuſtam, tenetur reſtituere quod accepit per talem ſententiam. cap. 25. num. 31.

SEPVLTVRA.

NOn denegatur morieti cum ſignis contritionis. cap. 1. num. 8. Nec excommunicato, qui non ſit denunciatus. Secus de denunciato. cap. 27. num. 36. ad 2. atque excommunicatio lata contra ſepelientes huiuſmodi excommunicatum, non comprehendit conſulentes, iuuantes, & proſequentes funus ad ſepulturam, qui ſuis manibus non inferunt illum in eam. num. 51. & 137.

Non denegatur ſepultura loci ſacri, imò nec ſolemnitas exequiarum infanti ſine ſolemnitate baptizato, & ante eam mortuo. cap. 22. num. 6.

Denegatur tamen ſepultura ſacri loci, morienti in torneamento. cap. 15. num. 17. Vel in concubinatu. c. 25. nu. 80. & 132. Item

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

non confeſſo per totum annum, & notorio peccatori, qui ſubitò, & ſine ſignis contritionis deceſſerunt. cap. 26. num. 33. Item publico vſurario morienti ſine præmiſſa reſtitutione, aut cautione: & qui ſepelierit illum, manet excommunicatus. cap. 18. num. 28. Item Canonico regulari etiam laxiſſimæ regulæ, teſtanti, & vel teſtari volenti, niſi à propoſito deſiſtat. Secus de illo, qui per ſimplicem ſchedulam ſignificauit voluntatem ſuam, in diſtribuendis rebus ſuo vſui deputatis, non per modum teſtamenti. c. 27. n. 270.

Ius ad ſepulturam eſt quid ſpirituale. ca. 25. num. 99.

Beneficiarius inducens aliquem ad promittendum, vel iurandum, ſe acceptaturum ſepulturam in ſua Eccleſia, vel iam acceptatam non mutaturũ, peccat & eſt excommunicatus. cap. 25. nu. 132.

SERVVS, ET ANCILLA.

SEruus non debet à Domino, atroci & crudeli modo puniri. cap. 14. nu. 19. Qui ſic tractatur à Domino poteſt illum compellere, vt ſe alteri vendat. c. 16. n. 22.

Serui matrimonium non debet impediri

à Do